

non est, quam à jure metropolitico in Aquisgranum. Quo fundamento etiam *Baldinus* noster, tanquam *Metropolita vicinior Colonensi* provinciæ prætendit jus coronandi *Ludovicum IV* Bavaram, Colonensi deficiente, compromiserunt in hunc Elec-
tum ambo contendentes, *Petrus Moguntinus*, & prælaudatus *Baldinus*: laudum Ludovici extitit, ut eā quidem vice instanti *Moguntinus Aquisgrani* coronaret; sed iuris mensē jus suum vale plenē probaret; quidam in probatione deficeret, tunc jus hoc pertinere debere ad Trevirensim. *Hist. Diplom. Trevir.* Tom. 2. pag. 25., in quo nihil mutavit amicabilis compositio inter *Moguntinum*, & *Colonensem* de an. 1657.

*** Hæ tres Regulae pro cynosura sunt Majestati Imperii Romano-germanici.

EX JURE FEUDALI.

- I. *J.P. de Ludewig* ad *A. B.* tit. 7. §. 2. lit. i. ad verba: *virtute regni, & principatuum suorum*, amat opinionem suam, *Archiprincipatus Imperii*, non *soli* utilitatis, sed & proprietatis *feuda* esse, ita, ut terrarum illarum *dominium directum* non sit penes *Cæsarem*, & *Imperium*, sed penes *Archiprincipes*.
- II. Assentior Magdeburgensi Cancellario, *quoad Archiprincipatus ecclesiasticos*, non *quoad sacerulares*.
- III. Successu temporis tamen non nego, *ecclesiasticis* etiam territoriis adjecta fuisse *multa feuda particularia* propriè talia, quorum *proprietas* sit penes *Cæsarem* & *Imperium*.
- IV. Temporibus *Henricorum IV & V.* Imp. investitura *Regalium*, Episcopis & Abbatibus facta, non erat *concessio feudi*.

EX JURE CRIMINALI.

- I. *Fridericus I. Imp.* an. 1158 duxto in Italianam exercitui 28 leges disciplinæ & pacis præscripsit; quas Archiepiscopi (hos inter *Arnoldus Mog.*, *Hilarius Trevir.*, *Fridericus Colon.*) Episcopi, & Abbes datis pro se dextris firmaverunt, & violatores pacis severitate pontificalis officii coercendos promiserunt. *Radevicus lib. 3. cap. 27.*
- II. Has inter erat ista: *Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio: qui verò habere præsumperit, auferetur ei omne suum harnasch* (apparatus militaris) & *excommunicatus habebitur: ET MULIERI NASUS ABSINDETUR.*

III.

- Quo fundamento tunc Bal-
ovincia prætendit ipsa cor-
impromiserunt in luce Elec-
andarus Baldusius: uolum
us Aquigrani coronatus; sed
robatione deficeret, nuptia
fevir, Tom. 2, pag. 25, n.
& Coloniensem de an. 1657,
operii Romano-gemanni.
- III. Verbum nemo complectebatur quoscunque milites, non solùm *gre-
gerios*, & *minoris ordinis*, sed etiam *majores*.
- IV. *Excommunicatio* hæc erat separatio ab Ecclesiâ catholica.
- V. Verbum *babere* intellige cum *effectu* turpis commercii.
- VI. Nasi abscissio, *soli mulieri* decreta, erat justa, tum propter sceleris frequentiam, arg. l. i. ff. de *abig.* tum propter mala, quæ impudicæ mulieres inferunt exercitu, tum etiam ad majorem terrorem; cùm illæ timeant jaæturam formæ, quæ eis sæpe pro dote est.

EX JURE TREVIRENSI.

- I. **T**it. VI. *Land-Rechtes* §. 12. *Donatio inter vivos facta conjugi ab alio*, quām *ab ascendentibus*, pertinet *inter acquestus*, conjugibus ex æquo *communes*, nisi donator *expressè* velit contrarium:
- II. At quod *per ultimam voluntatem*, vel *ab intestato* obtingit conjugum alteri, *commune* non fit.
- III. Hæc dispositio abest à statutis *Caroli Caspari à Petra* de an. 1668; neque ex moribus tracta esse videtur.
- IV. Est contra *communiorem DD.*, teste *Heesero* de acquestib. conjug. loco 18. n. 11. & 13. Desumpta videtur ex *Joanne à Sande Decisi. Frisic.* lib. 2. tit. 5. defin. 3, cuius magna semper fuit apud Trevirenses Pragmaticos authoritas. Quæ, an fortiter defendi possit ratione juris, subsistit.

HISTORICUM.

- I. **A**nno 1444 Henricus V. hieme intravit cum exercitu Italianam, Romæ in Imperatorem coronandus: antequam illuc venerat, placuit foedus inter nuncios ejus, & Papæ Paschalis II. juratum; & datis obsidibus firmatum est inter alia, ut Papa juberet in die coronationis adstantes Episcopos, *dimittere Regalia sua in manus Imperatoris*: quatenus hoc medio cessaret omnis quæstio de *investituris Episcopatum & Abbatiarum*.
- II. Henricus ad urbem venit *sabbato ante Quinquagesimam* (11 Februario)